



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mater Amoris Et Doloris

Ginther, Anton

Augustæe Vindelicorum, 1711

VD18 15312348

Consideratio LI. Dolorosæ Matri in passione Filii comes induvlsa Maria Magdalena, Crucifixum Amorem suum deplorans. Emblema. Tela in campoexposita, & desuper aquis rigata cum inscripto: A lacrymis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47286](#)

CONSIDERATIO LI.

Dolorosæ Matri in Passione Filij comes induulta
Maria Magdalena, crucifixum Amorem suum
deplorans.



Erat autem ibidem Maria Magdalena & altera
Maria sedentes contra sepulchrum. Matth. 27. 61.

PAm olim in aula Darij Persarum Regis pulcherimum hoc Lib. 3. Esdra problema discussum, atque ventilatum est, quidnam in orbe terrarum fortissimum? Num vinum, Rex, mulier an veritas? Forte vinum; Noënum consule post diluvium in vinea sua inebriatum, Loth vino nimio madentem, Holofernem vino sepultum, aliósque innumeros, de quibus Ecclesiasticus: Propter crapulam multi obiernnt, &c. Fortis Rex, ad cuius Eccl. 37. 84.
Mater Dolorosa. Fff nutum

nutum & imperium regnum pender universum; ita de Alexandro Magno
x. Mach. 1.3. chabæorum Liber primus: Pertransit usque ad fines terræ; & accepit spolia multititudinis gentium; & sicut terra a conspectu ejus. Fortis mulier; Samsonem interroga mortalium omnium facile robustissimum, Davide Regem sanctissimum, Salomonem sapientissimum à mulieribus viatos, fractos, delusos. Fortis veritas, & si Zoroobabelem consulimus,
Super omnia vincit, ac prævalet, &c.

Quidquid sic de hoc problemate, fortior & major horum omnium est charitas, quæ vincit, ac prævaleret, hæc enim omnipotentem DEUM ligavit, ut de cœlo in terram descenderet, homo fieret, tanta ac tam digna pro mortalium salute pateretur, ac denique in infami crucis patibulo amoris victima occumberet: *Quid amore, subintrat hic Mellifluus, violentius? Triumphat de DEO amor.* Unde in Canticis dicitur *Fortis ut mors dilectio.* Hinc tot Sancti ardentissimis optarunt votis quamcumque pro Christo subire necem, quorum charitas omnino erat insaturabilis, nam quod magis Crucifixum suum diligebat amorem, eò amplius diligere disciebat, modus enim diligendi DEUM, est amare sine modo, ita dictus Mellifluus.

Tali in DEUM & Hominem Christum ardebat amore felix illa peccatrix, omniumque pœnitentium fidissimum speculum Maria Magdalena, quem tot profusi lacrymarum rivuli, quibus offensam summi Boni, atque demerita sua à die conversionis suæ usque ad supremum vitæ suæ diem deplanxerat, satis luculenter demonstrant. Et si olim Judæi ex visis Christi lacrymis, quibus Lazarum amicum suum deplorabat, hanc arguebant consequentiam: *Ecce quomodo amat eum, recte & nos*
Joan. xi. 36. ex lacrymis pœnitentis Magdalenæ concludimus: *Ecce quomodo amat IESUM,* quem per omnem passionem cum dolorosissima Matre tanquam comes induvsa numquam deseruit, immo & de novo, sicut prius in convivio, ejus sacratos, dirissimisque clavis perforatos pedes lacrymis suis rigavit, abluit, detergit: *Oculis inundantibus, ait B. Damianus, vespigia Salvatoris infudit, &c.* Proinde huic Divæ non incongruè pro Symbolo telam candidam in aprico campo radijs solaribus expositam, & aquarum guttulis desuper rigatam statuimus cum Lemmate:

A lacrymis candor.

O bona lacrymæ, exclamat S. Ambrosius, in quibus est redemptio per in Luc. & catorum! veniam non postulant, & merentur; causam non dicunt, & misericordiam non recordantur. A lacrymis candor. Progrediamur ulterius.
S. Ambr. l. 2. 2. Ubi Pœnit.

2. Ubi justissimus scelerum Vindex DEUS totum terrarum orbem innumeris cumularum sceleribus per universale diluvium purgavit, & nunc in summam gratiarum actionem justus Noë, quod ab interitu cum omni familia sua tam misericorditer fuerit præservatus, pinguissimum Sacrificium de animantibus mundis in aprico campo DEO T. O. M. livavit; ecce dum fumus pinguis & ordor holocaustorum sursum in aëra ascendit, de cœlo vicissim nova gratia & pax Divina descendit, DEUM inter & Hominem de novo confirmata ac stabilita, in cuius rei signum in superiori aëris regione Arcus miri splendoris apparuit, qui Noëmo, filius ac posteris ejus nonnisi læta ac prospera præsignavit: *Hoc signum fæderis, Gen. 9. 12, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viventem, &c.*

Per hunc arcum recte in typo Christus JESUS & hic Crucifixus præ-signatus est, per quem genus humanum cum Patre reconciliatum fuit; solet autem arcus per reflexos solis radios in nube rorida recipi: *Arcus, Seneca lib. 1.* inquit Seneca, *meridie ortus, magnam vim aquarum vehit, circa occasum Nat. quest.* torabit, &c. Anime mi! reflecte paulisper tua in dolorosissimam Matrem *c. 6.* lumina, & in dolorum ejus sociam Mariam Magdalenam, juxta crucem stantes, & quid cernes aliud, quam nubem roridam, & pluviam, non tuerunt duntaxat de Vulneribus crucifixi JESU, sed & ex oculis illarum pīssimarum mentium largissimè promanantem: *Magdalena, inquit Tilman. in Tilmanus, erat nubes rorida & pluvia.* O pluvia salutaris! si jam tunc allegorijs. convivio Simonis, dum lacrymis coepit rigare pedes JESU, ab ore Veritatis audire meruit: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multūm; Luc. 7. 47.* quid nunc sentis, pie Lector, dum plorantem sub cruce contemplaris Magdalenam, in SS. Sanguine Agni dealbatam? *En, inquit S. Chrysologus, mutatur ordo rerum; pluviam terræ dat cœlum semper: Ecce nunc rigat s. Chrysost. terra cœlum; lacrymis rigabat pedes ejus. O quanta vis in lacrymis peccato-* serm. 93. *rum! rigat cœlum, terram diluunt, extinguunt gehennam. O anima Christiana! licet innumeris obtioxia sis peccatis, quid fugis à crucifixo JESU?* Ecce cum Magdalena confidenter & in animo contrito, ac verè humilia-to ad crucifixum Amorem tuum accede, ille enim est, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas; qui redimit de interitu vitam tuam, &c. Plorabat quidem Maria Magdalena in domo Phaïæi, sed tunc temporis intervallo adhuc ignorabat, quam immenso sanguinis prelio forent Domino luenda illa, quæ deplanegebat delicta; verum cum nunc vedit Dilectum suum, quem firmissimā fide DEUM & Hominem credidit, in Calvario monte suffixum cruci, & ex quinque lachrymis Vulnerum canalibus copiosissimum Sanguinem pro remissione

Fff 2

pecc

peccatorum suorum profundenter, ah quis dicet, quantum creverit
mentis ejus & dolor & amor in JESUM? En formam habes anima Chri-
stiana! quam imiteris; illa ubi semel culpam suam agnoscit, non amplius
DEUM offendit, & tu, ah misera! quoties redis ad vomitum?

3. Et quis, obsecro, non obstupescat, dum animo attentiore con-
siderat, quod B. M. Magdalena Sanctissimæ Deiparæ intima, familiaris-
sima, ac quodammodo domestica fuerit? quæ Sacratissima & intemera-
ta Virgo, licet Seraphinis purior, cum hac tamen peccatrice
intime conversari minimè dignata est; & quemadmodum Filius pub-
licanos & peccatores non respuebat, sed manducabat, & conversaba-
tur cum illis, ita quoque hæc Beatissima Virgo & Mater doloris & amo-
ris hanc peccatricem, super nivem nunc dealbatam, benignè complexa
est, eamque in sociam pluribus annnis adhibuit, unde neque in cruenta
Christi passione ab hac modestissima Matre separari voluit. Juvat hic au-
dire S. Anselmum, qui afflictissimam Deiparam pro eo tempore, quo
dilectissimum Filium suum ad mortem damnatum, & crucis ligno onu-
stum ad Golgothæum montem inter latrones procedentem confixit,

S. Ansel. in ita loquentem introducit: Una cum Maria Magdalena per viam obje-
Dialogo de centis plateæ, circa quendam fontem cucurrimus, quatenus illi ob-
Passione. viam veniremus, & cum veniremus juxta fontem, obvium ha-
buiimus Filium meum deformatum, pressum omni dolore, qui beni-
gnè se inclinans, ad me dicebat: Ave Mater, ac si diceret: Gratias
tibi debeo electa Mater mea! pro multimodis beneficijs mihi impen-
sis, & pro multo labore, quo in summa paupertatis abjectione enu-
trivisti templum corporis mei, & nunc in destructione constitutum;
inter contumelias & opprobria sequi non dignaris, nec vereris,
quamvis omnibus contempti habeamur.

Promiserat quidem Petrus prius Magistro suo fidelitatem nullis pe-
Luct. 22. 33. ricolis, nullisque separandam cruciatisibus: Domine tecum paratus sum &
in carcerem & in mortem ire. Thomas similiter ad eandem necem cum
Joan. 11. 16. Christo perierat amultrò se obtulit: Eamus & nos, ut moriamur cum eo.
Similiter & reliqui Discipuli cum Christo in ultima Cæna mensæ ac-
cumbentes fecerunt. Verum cum nunc aliam rerum faciem vidissent,
& Magistrum suum caprum, vinealis constrictum, mortique traditum:
Tunc Discipuli omnes relitto eo fugerunt. Non sic cum Matre dolorosa M.
Magdalena, non sic: Surgam, inquietabat, & circuibo civitatem, per vicos
& pla-

Cant. 3. 2.

& plateas queram, quem diligit anima mea: Quæsi illum, & non inveni. Inveniens me vigiles, qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransisem eos, inveni, quem diligit anima mea: Tenui eum, nec dimittam. Sed dic, obsecro, o Magdalena! ubi eum invenisti? In lectulo reponit; & qualis ille lectulus Dilecti tui? Lectulus, inquit, floridus floridi Nazarei mei non est alias quam crux: Hic tenui eum, nec dimittam; hic sedens fecus pedes ejus, audiam verbum illius; hic sub umbra illius, quem desideraveram, sedebo, & fructus ejus dulcis gutturi meo; hic cum Rex meus est in accubitu suo, nardus mea dabit odorem suum. O beatissima peccatrix! vere optimam partem elegisti, dum JESUM & hunc Crucifixum elegisti: Gratia tibi, subintrat hic S. Bernhardus, o beatissima peccatrix! ostendisti mundo tutum peccatoribus. Bernhardus, ser. 45. din. fer. 6. P. A. rasc.

4. De S. Clemente Pont. Max. perhibetur, quod, cum vitæ Sanctoritate & doctrinâ Gentiles plurimos ad fidem Christi Romæ converti- set, à Trajano Imperatore in exilium trans mare Ponticum relegatus 23. Nov. sit, ubi in solitudine Chersonæ duo Christianorum millia invenit, qui ab eodem Imperatore in hunc locum ad eruenda & secanda marmora condemnati fuerant, quibus ingenti siti laborantibus in colle Agnum Divinum ostendit, sub cuius pedibus fons vivus in salutem eorum emanabat.

Anima Christiana! respice in montem Calvarium, ubi pari ratio- ne Agnum illum immaculatum pro salute universorum in ara crucis im- molatum cernes, sub cuius pedibus non dissimilis fons vivus emanat, fons videlicet lacrymarum dolentissimæ Matris ejus & M. Magdalena, irremediabilibus lacrymarum rivulis Amorem suum crucifixum deplo- rantium, ac tunc præsertim, quando corpus JESU emortuum, de ligno depositum, super lapidem collocatum, à sanguine purgatum, & pre- tiolis aromatis inunctum est: Resonabat, inquit S. Laurentius Justinianus, locus ille clamoribus, aspergebatur lacrymis, ac gemitibus replebatur. Iust. de O quam lugubre erat spectaculum afflictissimam videre Matrem, Filium agon. Chri. 6. 21. suum occitum in sinum suum excipientem, os, oculosque claudentem, vulnera explorantem, spineum fertum è Filij capite non sine cruenta manuum punctione revellentem! S. Anselmus, accurrens Joannes Evan- gelista concidit super petitus JESU, plorans, & dicens: Hen, hende isto pe- flore heri potabam dulcia, bode tristia, &c. Magdalena autem pro more suo ad pedes Christi accedebat: Virgo, ait S. Bernhardinus, caput, Magda- lena rasc.

Sim. de Cass. lena verò pedes est amplexata ; & Simon de Cassia : Dominicos pedes illis lib. 9. c. 33. recognovit , ad quos admota multorum peccatorum remissionem acceperat.

Et si quondam Sunamitis illa ad pedes Elisæi Prophetæ prostrata lacrymando filij sui immaturâ morte extincti meruit obtinere resuscitatio-

s. Reg. 4. 27. nem : Cùmque venisset ad virum DEI in montem , apprehendit pedes ejus . Quid de B. M. Magdalena sentiendum , quæ sacros & perforatos Domini pedes osculando , & lacrymis suis rigando , ac abluendo non poterat satiari : Magdalena , subintrat hic rursus S. Bernhardinus : prostravit se ad pedes Domini , ipsos osculando , & suis solitis lacrymis balneando , & clamando dicens : O sanctissimi pedes , vos docuistis me , quo pacto debeam a fugere , & exire de manibus diaboli , &c.

O anima Christiana ! quid agis ? Magdalena semper , ubi cum Christo fuit , locum ad pedes ejus elegit ; in convivio Principis Pharisæorum , ubi lacrymis cœpit rigare pedes Jesu , in cœna Bethaniæ , ubi caput & pedes Domini pretioso nardi pistici unguento inunxit ; in domo Martha , ubi ad pedes Christi sedens audiebat verbum illius ; ad monumentum Lazar , ubi ad pedes Salvatoris prostrata rogabat : Domine ! si fuisses hic , &c. In monte Calvario , ubi cum Matre dolorosa sub pedibus crucifixi Amoris sui steterat ; & in eodem loco , ubi mortuo & de crucis ligno deposito denudò lacrymis suis pedes abluit , &c. Magdalena , subintrat hic S. Gregorius Nissenus , sensibus & membris omnibus , quibus peccaverat mulier , penitentiam egit : Nos verò verbis quidem pœnitentiam pollicemur , factis verò Niff. orat. in nihil studij , laborisque prestamus , sed eadem vivendi consuetudine utimur , eos qui acerbis alios iudicant.

S. Bernhard. *loc. cit.* *S. Gregor.* *Niff.* *orat.* in *nihil studij* , laborisque prestamus , sed eadem vivendi consuetudine utimur , quā prius . Si ergo cum Magdalena DEUM nostrum offendimus , quare non cum illa ad pedes crucifixi JESU prostrernimur ? Illa in extremo triginta annis austerrissimam egit pœnitentiam , ad crucis effigiem , quam ei S. Michael præfixerat , assiduo sua defens peccata , licet jam pridem remissa ; nos longè culpabiliores sumus Magdalenæ : Heu ubi nostræ sunt lacrymæ ? Ubi vera & seria pœnitentia ? Et quid tandem de nobis fieri ?

s. Reg. 6. 6. 5. O sancta & inclita Pœnitens ! olim vesani amoris mancipium , nunc Sponsa Christi , cui te ulterius comparabo ? Si Christus JESUS & hic Crucifixus magnes est , tu ferrum eras , nescio , quā arcanâ amoris sympathiâ ad centrum suum attractum ; Olim ferrum Elisæi in aquarum profundum delapsum , ultrò ad lignum natavit : Precedit ergo lignum , & misit illuc natavotq; ferrum . Et nunquid hoc ferrum (Magdalena) mirabili amoris impulsu ad lignum crucis natavit ? Audi Ecclesiam in hymno : Adstare non timet cruci , sepulchro inharet anxia ; tristes nec horret milites ; pel-

*s illicō
perat.
lacry-
tatio-
s ejus.
Domi-
terat
it se ad
G clā-
m an-*
*Chri-
rum,
& pe-
æ, ubi
azari,
c. In
moris
ode-
regō-
, pē-
s verō
imur,
mus,
n ere-
iem,
t jam
u ubi
em de*
*nunc
Cru-
athia
fun-
mijst
amo-
Ad-
pel-
lit*

*lit timorem charitas. O si simili affectu & amore crucifixum Amorem no-
strum diligeremus ! quotidie JESUM in cruce pendentem intuemur , &
nullā in eum commiseratione tangimur ?*

Si Christus JESUS & hic Crucifixus fons est, de quo Zacharias : *In Zach. 13. 5.*
*illa die erat fons patens domini David , & habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris . Tu o sancta peccatrix cerva sitibunda & amoris telo sau-
cia fuisti, quae magno impetu ad hunc gratiarum fontem anhelasti, la-
crymas tuas cum pretioso Redemptoris tui Sanguine commiscens, & vas
tibi de eodem Divino Cruore pro tuo implens solamine. O spectaculum
lugubre! natabat humus SS. Sanguine JESU, & natabant lacrymis Mag-
dalenæ oculi. O quam prompto animo cum Christo sanguinem tuum
fudisses, si ita DEI voluntas fuisset. O cor meum ! ad quid jacturæ vel
levissimæ illacrymaris, & cum JESU crucifixo non doles ? quousque cor
durum erga illum geres ? Ergo in signum veri ac sinceri amoris nec unam
dabis lacrymulam ?*

Si Christus JESUS & hic crucifixus Mercator ille est, qui pro una *Matt. 13. 45.*
*preiosa margarita vendidit omnia, quae habuit, & emit eam. Tu o san-
ctissima Poenitentia ! preiosa illa margarita extitisti, pro qua Negotiator
ille celestis in cruce dedit omnia, quae habuit, immo & ultimam sangu-
inis stillam , unde Ecclesia : *Amissa drachma regio recondita est ærario , &c.*
 Si ille Sponsus sanguinum : tu Sponsa hujus Dilecti , cuius sanguis orna-
vit genas tuas. Si ille Pastor bonus , qui in cruce animam suam posuit
pro ovibus suis : tu prima ovicula , ab illo inventa , & proprio sanguine
illius proluta, atque abluta. O Christiani ! subintrat hic antiquissimus
Origenes : *Sequamus hujus mulieris affectum , ut perveniamus ad effectum :* *Origen. hom.*
*ploret unusquisque ad JESUM , & querat fideliter JESUM , quia non cela-
vit se quarenti peccatrici. Disce peccator homo à peccatrice muliere , cui ta-
men dimissa sunt peccata sua. Disce plorare DEI absentiam , & considerare
ejus presentiam. Disce à Maria JESUM amare , & in JESUM sperare , &
querendo JESUM investigare , nulla adversa formidare , nullam extra JE-
SUM consolationem accipere , omnia propter JESUM contemnere.* *de M. Magd.**

6. In Machabœorum Libro secundo refertur, quomodo aqua crassa *s. Mach. 1.*
*fuerit mutata in ignem : Utque tempus affuit , quo sol resulfit , qui prius erat
in nubilo , accensus est ignis magnus , ita ut omnes mirarentur. Audeo dicere ,
lacrymas poenitentis Magdalenæ in ignem fuisse mutatas , erat enim to-
ta charitate ignita ab illo tempore , ex quo gratiarum Sol mitissimus
JESUS illi primò in convivio affulxit , unde hunc ignem nec maria nec
lumina passionum & dolorum , quos unà cum Christo paciente & dolen-
tissima* *xx.*

416 Considerat. LI. B. Virgini comes indulsa M. Magdalena.

tissima Matre in animo perpetua est, poterant obtruere: Attendite, ait S.
S. Th. Villan. Thomas Villanovanus, quā dilectione prosequebatur virum Magistrum,
in conc de quae etiam pro mortuo se exponit morti, non minus pro defuncto, quam prius
S. Magd. fuerat officiosa viventi.

Olim pientissimus orbis Reparator Christus Viduae in Naim lacrymas interdixit: *Noli flere*; sed de B. Magdalena non legitur, quod aliquid quando Christus ejus lacrymas culpaverit, sed potius ipse ad fletum eam magis stimulavit, dum contra murmurantem Pharisaeum illam defendit: *Agnam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis tergit.* Ratio est, quia mulier illa Vidua non sua delicta, sed immaturam filij sui necem deploravit, non autem placent Christo ejusmodi lacrymæ inanes; verum M. Magdalena sua peccata animitus & amarissimis deplanxit lacrymis, ac tunc præsertim, quando Salvatorem mundi ob delicta sua ac totius mundi ab impijs captum, flagellatum, ferto spino coronatum, ad mortem condemnatum, in cruce pendenter, ac denique mortuum & extinctum conspicata, atque contemplata est? Non fudit sanguinem, ait Os Aureum, sed fontes lacrymarum profundit, & delevit peccata sua. O beati, qui taliter lugent! Anima peccatrix, quid haeres? Ad quid stulto dolore & planctu pro rebus temporalibus consumeris? Ob pomum erectum, ob levissima ploras crepundia; per Paul de Pa-dis DEUM per peccatum, & rides? Nulla res, inquit Paulus de Palatio, lat. in c. 5. in hoc seculo digna fletu est, nisi peccatum; & Mellifluus: *Funde lacrymas ad Crucifixum, nam te salvare paratus est, qui pro te*
Matth. *talia passus est.* A lacrymis
S. Bernh. de Cœna Dom. candor.



CON-